Feria IV^a in capite ieiunii; De beato Stephano; De corpore Domini. Primus incip.: 'Meditabar sacratissimo christi hoc in adventu...' Et expl.: 'et assequende glorie per christum dominum nostrum amen.' Ultimus incip.: 'Multi non petunt percipere...' Et expl.: 'et hostiam adoramus secundum latriam.' 15.) 48^b—54^a. 'Johannis Joffridi de Luxovio Decretorum doctoris prioris de Arbosio bisuntine diœcesis oratio funebris pro Alberto rege Romanorum Florentie in generali ycomenico concilio habita incipit M.CCCC.XXXIX. die VII. mensis decembris.' Incip.: 'Ego Patres Reuerendissimi amara...' Expl.: 'ingressus ad laudem dei amen.' 16.) 54^a—58^b. Petrus de Castelleto, Sermo in exequiis Johannis Galeazo Visconti ducis Mediolanensis 1402. Incip.: 'Heu princeps et magistratus...' Expl.: 'omnes transferre qui est benedictus etc.' 17.) 59^a—60^b. 'Sermo factus in commemoratione depositionis quondam Serenissimi Principis Alberti Regis Romanorum Florentie 1441.' Incip.: 'Non cogitabam apud me...' Expl.: 'in omnem seculorum orbem profuturus.' 18.) 61^a—69^a. 'Sermo dictus per Andream Holes anglicum cubicularium s. d. n. anno a natiuitate dom. M.CCCC.XXXIII. in hospitali Anglicorum Rome in festo S. Thome martiris Cantuarensis quondam archiepiscopi in presencia VII .. Cardinalium et multorum .. prelatorum, in cuius sermonis exordio metrice plangit mortem magistri Guillermi Certeyn anglici in artibus uire canonico et Theologia graduati floridique poëte et primarij anglicane nacionis in vrbe qui in pallatio apostolico et dicto festo S. Thome reuolutis annis dum in humanis agebat onus predicandi sustinens die martis nona mensis Septembris anno a natiuit. dom. M.CCCC.XXXII. verus Christi confessor implevit fati diem, similiter S. Thomas ut refert Historia martirium subijt die martis. Hec premittuntur ad clariorem metri sequentis intellectum.' Metrum incip.: 'Pontificis summi fratres quasi sidera solem...' Et expl.: 'quam breuis est risus quam longaque lacrima mundi.' Elogium metro subsequens prosaicum incip.: 'Huius elegiaci carminis stilum...' Et expl.: 'ex pura mente resoluat Ave.' Sermo incip.: 'Hec brevis verborum...' Et expl.: 'et regnat in secula seculorum. amen.' 69^b—70^b vacant. 19.) 71^a—172^a. Laurentius Ridolfi, Tractatus de usuris. 172^b vacat. 20.) 173^a—178^b. Formula confitendi peccata ad omnia christiani hominis officia exacta. Incip.: 'Confessor venientem...' Expl.: 'non acquiescere et deo gracias.' 21.) 179^a—250^b. Ephraem Syrus, Sermones viginti ab Ambrosio Traversari e græco latine redditi. 22.) 251^a—258^b. Commentarii litis in concilio Basileensi agitatæ de præpositura cathedralis ecclesiæ Wratislaviensis (1438). Incip.: 'Eugenius (IV) seruus seruorum .. Litterarum scientia vite ac morum honestas...' Expl.: 'hereantur pro expressis.' 23.) 259^{ab}. Oratoris Friderici Çiliæ comitis ad papam Eugenium IV. adlocutio, qua hunc de perpetua domini sui observantia securum esse iubet. Incip.: 'Existimat certe beatissime pater...' Expl.: 'et hac sancta sede feliciter confirmarj. amen.' 24.) 259^b—261^b. Schema repetitionis pro consequendo gradu in iure canonico in academia Patauina. Incip.: 'Constitutus in presentia...' Expl.: 'Elenchus expensarum in primo exa-

mine.' 25.) 261b—266a. Acta quædam ad Johannem Karschaw licentiatum in Decretis spectantia. 26.) 266b—271a. Instrumenta litis Martini de Reyffnitz presbiteri aquilegiensis ac Rectoris parochialis ecclesiæ in Wodicz et Capellæ S. Maximiliani in Cilia aduersus Ludouicum assumptum Patriarcham Aquilegiensem et alios super nonnullis spoliationibus occupationibus et detentionibus beneficiorum rerumque et bonorum suorum, a. 1439. 27.) 271a—274b. Variæ transactiones ad Concilium Florentinum pertinentes. 28.) 275a—291a. Gerhardus de Rive, Defensorium iuris. 29.) 291a—302b. Acta varia in curia romana et Florentiæ. 30.) 302b—304a. Ladislaus VI. Poloniæ rex, Epistolæ tres quibus se Hungariæ regnum consecutum esse significat, et quidem *a.*) Ad Eugenium IV. papam d. d. Cracovie X mensis Martii anno XL (1440); *b.*) Ad Fridericum III. Romanorum regem d. d. Cracovie XII mensis Marcij Anno .. M°CCCC°XL; *c.*) 'Copia litere quam dominus Rex Polonie Magistro Prussie et Ducibus Silesie ceterisque principibus amicis suis misit d. d. Cracovie Anno etc. XLmo.' 31.) 304ab. Libellus supplex ad Curiam Romanam pro Heinrico Feuchter parocho in Cisterstorff contra abbatem et conventum in Zwetl causa decimarum. Incip.: 'Petit procuratorem et eo nomine...' Expl.: 'petit iusticie complementum.' 32.) 304b. Libellus supplex ad Curiam Romanam Joh. K(arschaw?) pro retinendis pluribus beneficiis. Incip.: Supplicat deuotus vir...' Expl.: 'quibuscunque cum aliis oportunum.' 33.) 305a—306b. Sermo sub 17.) repetitus. 34.) 306b—307a. Epistola inscripta: 'Preclaro viro G. B.' (? Gasparino Barzizio). Incip.: 'Pro mutua beniuolentia...' Expl.: 'quam libens facito.' 35.) 307a—308a. Instrumentum litis pertinens ad parochialem ecclesiam S. Canciani Krainburgæ diœcesis Aquilegiensis. Incip.: 'Posiciones et articulos infrascriptos...' Expl.: 'vestrum benignum officium humiliter implorandum.' 36.) 308b—309a. Epistola cuiusdam in curia romana Advocati ad Fridericum III. recens electum Romanorum Regem. Incip.: 'Gloriosissime principum...' Expl.: 'ac Romano imperio augendo amen.' 37.) 309a—312a. Formulæ libellorum supplicum in causis privatorum. 312b vacat. Denis I, DCCLXIII.

4140. [Theol. 206.] ch. XV. 337. f. 1—10 vacant. 1.) 11a—44b. Johannes Nider, Manuale confessorum. 2.) 45a—46b. Pseudo-Bernhardus, De planctu B. M. V. 3.) 47a—110a. Quinquagesimale sermonum a dominica quinquagesimæ usque ad Feriam III. majoris hebdomadis. Primus incip.: 'Deus hebreorum vocat nos...' Et expl.: 'eterne felicitati ad quam etc. pro feria 4a quere in libro albo.' Ultimus incip.: 'Ego quasi anguis .. Verbum dixit Jeremias...' Et expl.: 'declarat epistola in gotznamen amen.' 110b—116b vacant. 4.) 117a—133b. Libellus mysticus de æterni verbi in anima devota conceptione. Incip.: 'Gaude et letare...' Expl.: 'quam desponsationem nobis prestare dignetur in secula seculorum amen.' 5.) 134a—144a. Johannes Geuss, Tractatus de indulgentiis. Incip.: 'Hec uerba dixit dominus...' Expl.: 'peccatis suis prius dimissis.' 6.) 144b—161b. Sermo de extremo universali iudicio in illud: 'Congregabo omnes gentes etc. Joël III.' Incip.: 'In quibus Johel propheta...' Expl.: 'quere superius.'

162—164 vacant. 7.) 165^a—177^b. Opusculum asceticum de contemtu mundi. Incip.: 'Nolite diligere mundum...' Expl.: 'Jhesus Christus qui cum deo patre et spiritu sancto in perpetuum est benedictus amen.' 8.) 178^a—183^a. Opusculum alterum asceticum de contemtu mundi. Incip.: 'Videte quomodo caute...' Expl.: 'regnat deus per omnia secula seculorum amen.' 183^b—188^b vacant. 9.) 189^a—337^a. Collectio sermonum in dominicas anni sumto ab adventu exordio et in quædam festa. Primus in dominica prima adventus incip.: 'Ecce rex tuus .. Egregius doctor thomas...' Et expl.: 'et usque ad finem vite in ordine permansit.' Ultimus in dominica ultima ante adventum incip.: 'Est puer unus .. Et originaliter in presentis dominice...' Et expl.: 'cibabit nos pane pro lacrimarum...' Cetera desunt. Denis I, DCLXXII.

4141. [Theol. 309.] ch. XV. 279. f. Paulus de S. Maria, Scrutinium Scripturarum. Denis I, CCCLXVIII.

4142. [Theol. 311.] ch. XV. (1411). 196. f. cum m. pictis. 1.) 1^a—187^a. Johannes de Friburgo, Summa confessorum germanice versa a Bertholdo Teutonico cum indice. 2.) 187^a. Præambulum quod dicitur germanicum. Incip.: 'Wer auf pulen pawet...' Expl.: 'An den vir dingen nimant mag gewinnen.' 3.) 187^a. Sententia germanica: 'Laz yden man sein wer er ist, so sagt er dir nicht wer du pist.' Sequitur index in Summam Johannis. Denis I, DCLXXI. Hoffmann, CCCXXXIV.

4143. [Theol. 209.] ch. XV. 165. f. 1.) 1^a—30^b. Hugo de Novo-Castro, Tractatus de victoria Christi contra Antichristum ab initio mutilus. 2.) 31^a—35^b. Leonardus Brunus Aretinus, Epistola ad dominam Baptistam de Malatestis, quam ad lectitandos etiam gentiles non sine ratione plurimum adhortatur. 3.) 36^a—37^b. Poggius Florentinus, Epistola de thermis vulgo Baden in Helvetia. 4.) 38^a—42^a. Theodericus Vrias, Narratio declamatoria de infelici casu Alfonsi V. Aragonii qui, dum 1435 Cajetam obsideret, a Philippo Maria Visconti duce Mediolani captus est. Incip.: 'Teodericus clarissimo viro Ludowico de tolleto .. Solebam ad te...' Expl.: 'Vale mi pater et domine prestantissime.' 5.) 42^b—53^b. Johannes a Launha vel Lemovicensis, Somnium Pharaonis. 6.) 54^a—68^b. Calendarium rhythmicum utique videtur a Petro de Rosenheim. Incip.: 'Finito legis nubilo figura quiescente...' Expl.: 'Et sic desperem (sic) gaudent brevitate moderni.' 7.) 69^a—72^b. 'Canon evangeliorum per annum' missalibus præfigi solitus. 73 vacat. 8.) 74^a—79^b. Jordanus de Quedlinburgo, De prærogatiua romani imperii cum Jacobi de Columna prologo. 9.) 80^a—87^a. Albertus Magnus, Tractatus de physiognomia excerptus. 87^b vacat. 10.) 88^a—165^a. Johannes Ordinis Prædicatorum, Ludus cartularum moralisatus. Incip.: 'Secundum sententiam doctorum...' Expl.: 'et per consequens de toto tractatu.' Denis I, CCCXII.

4144. [Univ. 55.] ch. XV. (1440). 393. f. Lectio in Pentateuchum cursoria, auctore quodam Academiæ Viennensis professore cum permultis notis aliorum in marginibus. Incip.: 'aduitorium nostrum in nomine do-

mini...' Expl.: 'per alium prophetam in veteri lege etcetera et sic est finis.' Denis II, CXIX.

4145. [Univ. 52.] ch. XV. 417. f. Nicolaus Gorranus, Postillæ in Evangelium secundum Lucam. Denis II, CLXVII.

4146. [Rec. 484.] ch. XV. 264. f. 1.) 1^a—207^b. Johannes Eschuid, Summa astrologiæ judicialis. 208—228 vacant. 2.) 229^a—230^a. Leopoldus de Austria, Fragmentum tertii tractatus de astrologia iudiciaria. 230^b—241^b vacant. 3.) 242^a—252^a. Idem, Tractatus quartus de annorum revolutionibus. 252^b—256^b vacant. 4.) 257^a—264^a. Aben Esra vel Abraham Avenar, De planetarum coniunctionibus et de revolutionibus annorum mundi interprete magistro Henrico Bate. Incip.: 'Tractatus auenesre de planetarum coniunctionibus et annorum reuolucionibus...' Expl.: 'semper intendat et sic est finis.'

4147. [Rec. 499.] ch. XV. 115. f. 1.) 1^a—77^b. Johannes Chrysostomus, Sermones LXXI latine versi cum indice præmisso. 2.) 77^b—108^b. Idem, 'Incipit liber Sancti Johannis Grisostomi de reparacione lapsi, I^{us} De Compunccione prima, Ij^{dus} De compunccione secunda, IIj^{us} de psalmo quinquagesimo, $IIIj^{us}$ De eo quod scriptum est ve mundo a scandalis, V^{tus} De eo quod nullus ledit nisi prius ipse se leserit, Vj^{tus} De exortacione ad martirium, VIj^{us} De penitencia octauus.' 3.) 109^a—115^a. 'De titulo triumphali et laude nominis iesu secundum Bernardinum de Senis sermo.' Denis II, CCLXIX.

4148. [Theol. 195.] ch. XV. (1437). 265. f. 1.) 1^a—151^b. Paulus de S. Maria, Scrutinium Scripturarum. 2.) 151^b—168^a. S. Thomas Aquinas, Contra errores Græcorum. 3.) 168^a—176^b. Johannes Gerson, De auferibilitate papæ ab ecclesia. 4.) 177^a—187^b. Johannes patriarcha Antiochenus, De potestate concilii et papæ. 5.) 187^b—206^b. Acta et deliberata in Concilio Basileensi circa admissionem legatorum Eugenii IV. Incip.: 'In sacro generali Basileensi concilio...' Expl.: 'in forma sequenti Sacrosancta etc.' 6.) 207^a—209^b. Propositio ambasiatorum de Græcia ad sacrosanctum Basileense concilium in congregatione generali facta. 7.) 209^b—210^a. 'Incipiunt errores Grecorum et primo super quatuor primis principalioribus disputatum fuit in hoc sacro Basileensi concilio.' Incip.: 'Ab ipsa maiestate diuina negant...' Expl.: 'decipere et confundere etc.' 8.) 210^a—211^b. Propositio legati in adventu Græcorum facta Basileæ in congregatione generali 1434. 212—216 vacant. 9.) 217^a—262^a. Andreas de Escobar, Gubernaculum conciliorum. 10.) 262^a—265^a. 'Collecta quedam de modo persoluendi septem horas canonicas.' Incip.: 'Septies in die laudem dixi...' Expl.: 'vitam eternam habebit quam nobis concedat qui sine fine regnat amen.' 11.) 265^a. Versus memoriales 'de horarum canonicarum recitatione.' Incip.: 'Sincopa per cursus vaga mens erronea verba...' Expl.: 'Per me colligitur et ab alto iudice scitur.' Denis I, CCCLXVII.

4149. [Theol. 196.] ch. XV. 124. f. 1^a—9^b vacant. 1.) 10^a—14^a. Leonhardus de Valle Brixinensi, Tractatus de actibus elicitis et imperatis.

Incip.: 'Prima inquisitio Que sit voluntas...' Expl.: 'siue lex non scripta.' 14b—18b vacant. 2.) 19a—54b. Thomas de Cantimprato, De apibus liber I. 3.) 55a—57b. Leonhardus de Valle Brixinensi, 'Inquisitio quomodo veritas se habeat ad iusticiam misericordiam et pacem Et similiter que sit habitudo vnius cuiusque horum quattuor ad singulum alterum ipsorum.' Incip.: 'Solutio huius inquisitionis...' Expl.: 'quantum ex parte Christi domini est.' 4.) 58a—92a. Idem, Tractatus de divinis prædicationibus. Incip.: 'Qualiter sentiendum sit...' Expl.: 'sufficiant pro nunc Deo gracias.' 5.) 92a—93a. Vita S. Maximiliani Celejensis episcopi. 93b—96b vacant. 6.) 97a—110b. Leonhardus de Valle Brixinensi, Excerpta ex Rabano Mauro, Hugone Postillatore, Roberto Holkot, Nicolao Gorrano aliisque quam plurimis auctoribus ecclesiasticis in usum prælectionum suarum. 7.) 111a—113a. Franciscus de Retza, Lectura 'contra peccata et scandala que a multis tempore carnispriuii bestialiter perpetrantur' excerpta. 113b vacat. 8.) 114a—124a. Collectanea varia præsertim theologica ex Roberto Holkot etc. Denis I, CCCXLIII.

4150. [Theol. 199.] ch. XV. 180. f. 1.) 1a—180a. Matthæus de Krokow, Sermones de Sanctis per circulum anni. Primus incip.: 'Ambulans ihesus iuxta mare galilee .. hic dicit Haymo...' Et expl.: 'quod hoc ipsum omnes faciemus nobis prestare dignetur etc.' Ultimus de confessoribus incip.: 'Homo quidam nobilis .. hic ponitur parabola...' Et expl.: 'me vidente ad maiorem eorum confusionem etc.' 2.) 180b. Notabilia theologica, qualia etiam folio non numerato ante folium primum inscripta sunt. Denis I, DCCXXIX.

4151. [Theol. 200.] m. et ch. XV. 243. f. 1.) 1a—46a. Petrus Zach sive Zech de Pulka, Contra quattuor articulos Hussitarum. Incip.: 'Jussit reverendissima vestra paternitas...' Expl.: 'sicut vmquam a natiuitate christi etc. Auerte deus etc.' 46b vacat. 2.) 47a—50a. Idem, Adlocutio synodalis. Incip.: 'Patres Reuerendi nos ad contenciones non sumus...' Expl.: 'et eorum salutem.' 50b vacat. 3.) 51a—146a. Johannes Hofmann de Swydnicz, Tractatus contra communionem laicorum sub utraque specie. Incip.: 'Debemus nos inuicem diligere...' Expl.: 'uita et dileccio perducat que sine fine viuit etc.' 146b vacat. 4.) 147a—172a. Heinricus de Vrimaria, Præceptorium sive tractatus de X præceptis decalogi. Incip.: 'Audi israhel...' Expl.: 'in loco priuato inuento etc....' Sequitur tabula. 5.) 172b—185a. Heinricus de Hassia, Tractatus de contractibus emptionis et venditionis ad consules Viennenses. Incip.: 'Honorabilibus magne discretionis...' Expl.: 'terminum salutis sempiterne amen.' 6.) 185a. Epitaphium Heinrici de Hassia. 7.) 185b—187a. Narratio germanica quomodo ab Hussitis Pragæ anno 1429 in articulis undecim proponendis actum sit. Incip.: 'Des jars nach Crist gepurd...' Expl.: 'es dominus Benedictus gloriosus etc.' 8.) 187a. Notulæ historicæ de Gothis, de Troja etc. 187b—188b vacant. 9.) 189a—202a. Bernhardus Oliverius, In Capitulum 'Cum Marthæ' de celebratione missarum. Incip.: 'Dedit in celebracionibus decus...' Expl.: 'ad quam nos perducat etc.' 10.) 202a—

204ª. Gerhardus de Senis, Punctus notabilis de usuris. Incip.: 'Est ergo primo videndum...' Expl.: 'debet obseruare usurarius in restituendo etc.' 11.) 204ª—219ᵇ. Epistolæ de laudibus et miraculis S. Hieronymi suppositæ S. Aurelio Augustino et S. Cyrillo Hierosolymitano episcopo. 12.) 219ᵇ. Brevis narratio de Guelforum et Gibellinorum origine sumta ex Andreæ Ratisbonensis presbyteri Chronico. Incip.: 'Conradus tercius...' Expl.: 'cum uxore et filiis.' 220 vacat. 13.) 221ª—230ª. Heinricus de Hassia, Positio doctoralis prolixa et bona de potestatibus. Incip.: 'Utrum ecclesia amplianda...' Expl.: 'ad quesitum est simpliciter dubia.' 14.) 230ᵇ. Collectanea varia ex Boëthio, Cassiodoro, Gregorio Magno, auctore doctrinæ rudium, Galfredo Vinesauf, Ovidio, Heinrico Samariensi et Jacobo Beneventano. 15.) 231ª—243ª. Augustinus Triumphus de Ancona, Tractatus contra divinatores et ariolos. Incip.: 'Quoniam sicut tempore...' Expl.: 'quam ipse nobis tribuat, qui cum patre et spiritu sancto est vnus deus benedictus dominus in secula amen.' Denis I, CCCCXV.

4152. [Theol. 201.] ch. XV. 264. f. 1.) 1ª—26ᵇ. Nicolaus de Dünkelspühl, Sermones quinque de sacramento altaris. Primus incip.: 'Caro mea vere .. In textu hoc ewangelium...' Et expl.: 'et disposicio ad gloriam quam nobis concedat etc.' Ultimus incip.: 'In meam commemorationem .. Illa verba dominus...' Et expl.: 'efficiat idem dominus noster ihesus christus etc.' 27—35 vacant. 2.) 36ª—58ᵇ. Responsiones Theologorum Catholicorum ad Allegata Jacobi de Misa pro communione sub utraque. 59 vacat. 3.) 60ª—97ᵇ. Nicolaus de Dünkelspühl, Expositio orationis dominicæ cum sermone de oratione attenta. 4.) 98ª—151ᵇ. Idem, De confessione et eius partibus. 5.) 152ª—254ª. Idem, De vitiis et aliquibus virtutibus eis oppositis. 6.) 254ª—264ª. Idem, De tribus partibus pœnitentiæ cum tabula subjuncta. Denis I, DCCLXII.

4153. [Theol. 245.] ch. XV. 380. f. 1.) 1ª—139ª. Matthias Engelschall de Straubing, Sermones de festis particularibus et de communi Sanctorum per totum annum cum indice sermonum et elencho alphabetico quarundam vocum difficiliorum germanice redditarum præmissis. Sermo primus ab initio mutilus incip.: 'noster originem tam ex putatiuo patre...' Et expl.: 'scilicet Exurgens maria etc.' Ultimus incip.: 'In illo tempore Ingressus .. Hoc ewangelium...' Et expl.: 'erit sine fine mansura ad quam nos perducere etc.' 2.) 139ᵇ. Sermo de novo sacerdote. Incip.: 'Vas electionis .. Et mihi iste...' Expl.: 'speremus lætiorem quam nobis etc.' 3.) 140ª—251ᵇ. Hugo Argentinensis, Compendium theologicæ veritatis cum registro subjecto. 252ª—254ᵇ vacant. 4.) 255ª—283ᵇ. Heinricus de Hassia, Decem præcepta. Incip.: 'Primum preceptum est...' Expl.: 'Marie prestare dignetur eius filius benedictus qui cum patre etc.' 5.) 283ᵇ—284ᵇ. Expositio brevior decalogi. Incip.: 'Preceptum Domini primum...' Expl.: 'concupiscentiam corruptam qualemcumque.' 6.) 284ᵇ—290ᵇ. Hermannus de Schildis, Speculum sacerdotum. Incip.: 'Istud est speculum clarum...' Expl.: 'postea eam absoluere Datum constancie die sabbati

XI mensis decembris .. 1456.' 7.) 291^a—378^b. Nicolaus de Hanapis, Virtutum vitiorumque exempla ex utroque Testamento. Incip.: 'Factum est ut offerret Cayn ...' Expl.: 'sed non secundum scientiam.' Adjecta est tabula titulorum. 8.) 379^a—380^b. Collectanea varia præsertim theologici argumenti. Denis I, DCCXXXI.

4154. [Univ. 602.] ch. XV. (1449). 362. f. Thomas Ebendorfer de Haselbach, Liber quartus Lecturæ super Isaiam. Initium temporis injuria pæne deletum est prima vocabula, quæ legi possunt, incip.: 'exponunt moderni Judei Et egredietur...' Expl.: 'ut non amittamus sed possideamus eterna amen.' Index materiarum subjunctus est.

4155. [Univ. 31.] m. et ch. XV. 397. f. 1.) 1^a—380^a. Nicolaus de Lyra, Postillæ in Epistolas Pauli VII canonicas, Actus Apostolorum et Apocalypsin. 381 vacat. 2.) 382^a—397^a. Idem, Quæstio contra Judæos. Denis II, CCI.

4156. [Rec. 2010 a.] m. et ch. XV. 225. f. 1.) 1^a—122^b. S. Bernhardus Claræyallensis, In Cantica Canticorum sermones LXXXIII cum indice subjuncto. 123—132 vacant. 2.) 133^a—142^a. Idem, 'Apologia ad Wilhelmum S. Theodorici abbatem.' 142^b—144^b vacant. 3.) 145^a—225^b. Idem, Sylloge epistolarum interspersis aliorum responsis etc. numero CXIV. Denis II, CCCCXXIX.

4157. [Rec. 2009 a.] m. et ch. XV. 178. f. S. Hieronymus, Vitæ patrum in deserto.

4158. [Univ. 131.] ch. XV. 228. f. 1.) 1^a—211^b. Nicolaus de Lyra, Postillæ in Proverbia, Ecclesiastem, Cantica Salomonis. 212 vacat. 2.) 213^a—219^a. Ordo evangeliorum et epistolarum per anni circulum. Incipit a Vigilia Natiuitatis et recenset etiam Proprium et Commune Sanctorum. 3.) 219^b—220^a. Collectæ auctoritates variæ Augustini, Chrysostomi, Bernhardi, Gregorii Magni, Hieronymi, Isidori, Origenis aliorumque. 4.) 220^a—228^b. Institutio de peccatis, decem præceptis etc. sermone partim latino partim germanico, in fine mutila. Incip.: 'Septies in die cadit iustus...' Expl.: 'also spricht der wis man salomon. Denis II, LI.

4159. [Theol. 252.] ch. XV. 268. f. 1.) 1^a—113^a. Petrus Blesensis, Epistolæ CXXXVII cum indice præcedente. 2.) 113^b—123^b. Heinricus de Hassia, Epistola ad canonicos Neuenburgenses. 3.) 124^a—127^b. Johannes Castellensis, 'Clenodium religiosorum ad canonicos in Understorf.' Incip.: 'Uenerabilibus in Christo...' Expl.: 'et hoc a deo patre nostro a domino ihesu christo amen.' 128 vacat. 4.) 129^a—169^a. Gebenno de Eberbach, Epitome vaticiniorum Hildegardis. Præcedit Epistola ad canonicos moguntinos Reymundum et Reynherum, quæ incip.: 'Honorabilibus viris ...' Et expl.: 'in manus multorum veniens publicetur.' Deinde sequitur prologus qui incip.: 'De antichristo nostris temporibus...' Et expl.: 'in manu domini sumus Ipsi sit gloria etc.' Epitome incip.: 'Libros beate Hildegardis...' Et expl.: 'ac humili deuotione suscipiant.' 169^b vacat. 5.) 170^a—221^b. S. Brigitta Suecica, 'Revelationum liber VIIIus dictus Celestis Impera-

toris ad Reges.' 6.) 222ᵃ—243ᵇ. Pius II. papa sive Aeneas Sylvius Piccolomini, Epistola ad regem Ladislaum. Incip.: 'Serenissimo .. Si quem virtuti operam dare ...' Expl.: 'partium cupidissimus videare Vale.' 7.) 243ᵇ—245ᵇ. 'Epistola exhortatoria siue directoria prioris missa per patrem Johannem sacre theologie doctorem priori in Mansee quondam in universitate suo discipulo anno 1454.' Incip.: 'Affectum caritatis amoris ...' Expl.: 'qui prior constituitur in honore.' 8.) 245ᵇ—249ᵇ. Wolfgangus Frischmann, Stilla ligni vitæ et flos agri celestis. Incip.: 'Exactionis tue instancia ...' Expl.: 'cui est gloria et imperium per secula seculorum amen.' 9.) 250ᵃᵇ. Pseudo-Bernhardus Clarævallensis, Epistola ad parentes proprios. Incip.: 'Sola causa qua licet ...' Expl.: 'societate in eius amore vinamus Per infinita etc.' 251ᵃ vacat. 10.) 251ᵇ—268ᵃ. Petrus Paulus Vergerius, Ad Ubertinum Carrariensem de ingenuis moribus et liberalibus adolescentiæ studiis. Denis I, CCXCVII.

4160. [Theol. 253.] ch. XV. 322. f. 1.) 1ᵃ—41ᵇ. Johannes de Polemar sive Palomar, Orationes duæ habitæ in concilio Basileensi anno domini 1433. 42—43 vacant. 2.) 44ᵃ—59ᵇ. Thomas de Corcellis, 'Proposicio facta Nueremberge (vel Moguntie) pro parte sacri Concilij generalis Basileensis.' Incip.: 'Explicatur que nobis a sancta Sinodo...' Expl.: 'est eterna veritas et cum patre et filio vnus deus benedictus in secula etc.' 60—65 vacant. 3.) 66ᵃ—69ᵃ. Johannes de Rokiczan, Oratio ad synodum Basileensem habita 16. Januarii 1433. 4.) 69ᵇ—80ᵃ. Julianus cardinalis legatus, Oratio in adventu legatorum Bohemiæ habita in Synodo Basileensi 9. Januarii 1433. Incip.: 'Locuturus igitur...' Expl.: 'qui viuit cum deo patre semper benedictus in secula amen.' 5.) 80ᵇ—84ᵃ. Sermo habitus ad Patres in generali Basileensi concilio coadunatos in festo S. Thomæ Aquinatis in illud 'Matthæi c. 5. Vos estis lux mundi.' Incip.: 'Notum est in perspectiua ...' Expl.: 'lucis eterne beatitudinem consequi mereamur etc. amen.' 84ᵇ—87ᵇ vacant. 6.) 88ᵃ—111ᵃ. Pius II. papa sive Aeneas Sylvius Piccolomini, Dialogus de concilio Basileensi. 7.) 111ᵇ—113ᵃ. Judicium academiæ Coloniensis. 113ᵇ—125ᵇ vacant. 8.) 126ᵃ—140ᵇ. Tractatus apologeticus pro synodo Basileensi, quo contenditur nemini licere inter ipsam et Eugenium papam suspenso judicio medium remanere, cui tractatui præmissum est Decretum Synodi Constantiensis Sessionis XXXIX conditum de frequenter agendis conciliis. Tractatus incip.: 'Ex supradicto capitulo ...' Expl.: 'et cuiuslibet melius sentientis.' 9.) 141ᵃᵇ. Decretum depositionis Eugenii IV. papæ. 10.) 142ᵃ—157ᵇ. Tractatus, quo decretum de depositione Eugenii IV. papæ juste prolatum et executioni demandandum esse contenditur. Incip.: 'Ut omnes euidenter ...' Expl.: 'concilio obedire tenetur.' 11.) 157ᵇ—161ᵃ. Eugenius IV. papa, Litteræ quibus decreta in synodo Basileensi promulgata irritat datæ Florentiæ 1438. 12.) 161ᵃ—169ᵃ. Responsum synodi Basileensis ad litteras Eugenii IV. papæ præcedentes. 13.) 169ᵇ—248ᵇ. 'Tractatus decem avisamentorum ex sacra scriptura de sanctitate ecclesiæ et generalis concilii auctoritate.' Incip.: 'Aput sapientes in decisione...' Expl.: 'quod nemo eximitur

a iudicio etc.' 14.) 249^a—269^b. Cracoviensis universitatis responsum in causa schismatis Basileensis. 15.) 270^a—278^a. Petrus de Vercellis, Sermo de conceptione B. M. V. pronuntiatus in concilio Basileensi 1436. Incip.: 'Memoria mea...' Expl.: 'concedat ipse deus benedictus in secula seculorum amen.' 16.) 278^a—285^b. Heinricus Tocke, canonicus Magdeburgensis, Sermo pronuntiatus in dominica die Adventus .. 1436 in concilio Basileensi. Incip.: 'Ecce Rex tuus venit...' Expl.: 'trinus et vnus deus per infinita secula etc.' 17.) 286^a—288^a. Tractatus de conciliorum auctoritate. Incip.: 'Ad ostendendum quod concilium...' Expl.: 'breuitatis causa.' 18.) 288^{ab}. Litteræ pro indulgentiis a Synodo Basileensi concessis. Incip.: 'Universis presentes literas inspecturis...' Expl.: 'quod idem confessor sibi iniunxerat agat.' 19.) 288^b—291^b. 'Oratio ambasiatorum concilii Basileensis ad papam.' Incip.: 'Si in medio magnatorum...' Expl.: 'ille qui est trinus et vnus deus benedictus etc.' 20.) 291^b—294^b. 'Sequitur alia materia de eodem' nempe alia ambasiatorum eorundem oratio. 21.) 295^{ab}. Epistolæ tres legatis hisce patrum in synodo Basileensi congregatorum in viam datæ. Et quidem *a.*) Eugenii IV. papæ, quæ incip.: 'Venientes ad nos...' Et expl.: 'data Florentie 1435'; *b.*) Collegii Cardinalium, quæ incip.: 'Per manus egregiorum...' Et expl.: 'data Florentiæ 1435'; *c.*) Cardinalis S. Petri, quæ incip.: 'Reuerendissimi reuerendique in christo patres...' Et expl.: 'Ex Florentia XVI. augusti anno 35°.' 22.) 295^b. Litteræ binæ Eugenii IV. papæ et collegii Cardinalium, dum Basileam mitterent Ambrosium Traversarium Camaldulensis ordinis generalem et Antonium de S. Vito. 23.) 296^a—297^b. Responsiones Antonii de S. Vito et Ambrosii Traversarii Camaldulensis ordinis prioris generalis ex parte Eugenii IV. papæ in concilio Basileensi. 24.) 297^b—301^b. Ambrosius Camaldulensis dictus Traversarius, Oratio ad Patres in synodo Basileensi congregatos habita 1435. 25.) 301^b—305^a. 'Responsio concilii Basileensis ad supradicta petita.' 26.) 305^a—308^a. 'Collacio facta ad concilium Basileense per Ambassiatam Serenissimi regis portugaliæ.' Incip.: 'Plato grauissimus stoycæ...' Expl.: 'tota pulchra et decora sit amen.' 27.) 308^b—321^b. Oratio habita anno 1437 circa tempus sessionis XXV Synodi Basileensis, cum de loco futuri pro Græcis concilii deliberaretur. Incip.: 'Magne sepe res atque ardue...' Expl.: 'sed sacre iudicat sapientem amen.' 28.) 321^b—322^a. Eduardus rex Portugaliæ, Epistola ad synodum Basileensem. Incip.: 'Grande desiderium...' Expl.: 'datum jn villa de turribus veteribus (Torre vedra) X. die mensis septembris anno a nativitate domini M°CCCC°XXXIII.' Denis I, DCCCCLXXIII.

4161. [Univ. 24.] ch. XV. 376. f. Nicolaus de Lyra, Postilla in Pentateuchum, Josue, Judices et Ruth. Denis II, CXVI.

4162. [Univ. 28.] ch. XV. 388. f. Nicolaus de Lyra, Postilla in IV. libros Regum, Paralipomena, Orationem Manassis, Prophetas XII minores, librum III Esdræ, Tobiam, Judith, Esther et Machabæorum libros. Denis II, CXXX.

4163. [Univ. 16.] ch. XV. 334. f. Nicolaus de Lyra, Postilla in Epistolas Pauli, VII Canonicas, Apocalypsin et Actus Apostolorum. Denis II, CCII.

4164. [Univ. 148.] ch. XV. 295. f. 1.) 1ª—83ᵇ. Lectura in aliquot capitula (4—11) evangelii secundum Lucam ab initio et in fine mutila. Incip.: 'potest facere sine alterius nocumento...' Expl.: 'Factum est autem tum hec diceret sp etc.' 2.) 84ª. Notabile theologicum. 84ᵇ vacat. 3.) 85ª—186ᵇ. Haymo, Expositio super Apocalypsin. 4.) 187ª—188ª. 'Sequitur formacio sermonum.' Incip.: 'Notandum quod octo modis...' Expl.: 'ad simplices et illiteratos amen.' 5.) 188ª—190ᵇ. Nicolaus de Lyra, Sermo super Evangelium 'Missus est angelus.' 191—192 vacant. 6.) 193ª—208ª. S. Bonaventura, Imago vitæ æternæ seu soliloquium cum indice subjuncto. 7.) 208ª—216ª. Matthias de Cracovia sive Krokow, De celebratione Eucharistiæ. 8.) 216ᵇ—222ᵇ. Tractatus de corpore Christi. Incip.: 'In isto sermone tres sunt virtutes...' Expl.: 'nos efficiat participes ihesus crucifixus qui in celis uiuit et regnat in secula etc.' 9.) 222ᵇ—267ᵇ. Isidorus Hispalensis, Sententiarum libri tres sive de summo bono cum indice. 10.) 267ᵇ—271ᵇ. Heinricus de Hassia, Aliquot capitula de contractibus. Incip.: 'Etsi plus vnus...' Expl.: 'tanquam iniquam etc.' 11.) 271ᵇ—273ª. 'Hec sunt scripta Magistri Johannis Rewtter decretorum doctoris super questiones de contractibus.' Incip.: 'Supra scripte questiones...' Expl.: 'sed perpetuo abolenda etc. amen.' 12.) 273ª—278ª. 'Incipiunt aliqua Capitula de tractatu libri (contra Waldenses) Reinheri (Sacconi) primo de caussis heresis.' Incip.: 'Notandum est quod sex sunt cause...' Expl.: 'et inane etc.' 278ᵇ—283ᵇ vacant. 13.) 284ª—295ᵇ. Quæstiones in I. librum Sententiarum in fine mutilæ. Incip.: 'Circa primum librum Sententiarum queritur...' Expl.: 'filius esset spiritus sanctus patet in secundo...' Tegumentis adglutinata sunt fragmenta hebraica ex Talmud. Denis II. CLXXXV.

4165. [Univ. 34.] ch. XV. 453. f. Paulus de S. Maria episcopus Burgensis, Additiones super postilla Bibliæ Magistri Nicolai de Lyra. Denis II, CCXXIV.

4166. [Theol. 240.] ch. XV. (1414). 392. f. 1.) 1ª—389ᵇ. Hugo Argentinensis sive Albertus Magnus, Compendium theologicæ veritatis germanice versum cum præmissis indice et prologo, qui incip.: 'Die Warhait der götleichen subtilichait...' Et expl.: 'ich ditz chlaine werch zuesamen gelesen han.' Compendium incip.: 'Daz got ist daz wirt beweiset...' Et expl.: 'nach seiner verdinunge an alles ende amen.' 390 vacat. 2.) 391ª—392ª. Præservativum contra pestem germanice compositum. Incip.: 'Hie ist cze wizzen ein bewärte erczney...' Expl.: 'vor ayr und vor wein.' Tegumento posteriori adglutinatum est fragmentum m. s. XIV. tractatus theologici. Denis I, CCCXX.

4167. [Theol. 295.] ch. XV. 51. f. Tractatus de confessione seu doctrina varia de virtutibus vitiis et officiis hominis christiani, aut religiosi synoptice ad certos numeros redacta. Incip.: 'Nota de qualitate confessionis...' Expl.: 'de stabulo male ambulat.' Denis I, DCVIII.

4168. [Theol. 308.] ch. XV. 41. f. Richardus Fitz-Ralph, archiepiscopus Armacanus, Defensio curatorum adversus fratres mendicantes. Denis I, DXLVIII.

4169. [Rec. 483.] ch. XV. 350. f. Commentarius in librum secundum Decretalium Gregorii IX. et in quasdam Clementinas, ab initio mutilus. Incip.: 'Accedens II° .. et sunt due partes ...' Expl.: 'idem si per ipsum steterit.'

4170. [Univ. 268.] ch. XV. 357. f. Gregorius Magnus papa, Moralium in Job libri XVIII priores cum indice. Tegumentis adglutinata sunt folia hebraica, quæ fragmenta commentarii rabbinici in Leviticum et Prophetas XII minores continent. Denis II, CCCLXXIV.

4171. [Theol. 189.] ch. XV. 143. f. 1.) 1^a—11^b. Collectanea de eucharistia et pœnitentia, de casibus episcopo et papæ reservatis etc. ab initio mutila. 2.) 12^a—138^b. Centum viginti quinque sermones de gratia, virtutibus et novissimis, quæ homini accidunt, cum indice subjuncto. Primus incip.: 'Gracia dei et misericordia...' Et expl.: 'et consummacio virtutis etc. Rogemus etc.' Ultimus incip.: 'Via peccati .. Sicut dicit Gregorius...' Et expl.: 'exempla videmus cottidie etc.' 3.) 138^b—143^b. S. Bonaventura, Summa aurea. 4.) 143^b. Sententiæ latinæ et germanicæ rhythmicæ, quibus interspersa est notula historica de hæreticis qui anno 1431, civitatem Budessin (in Lusatia) occupare voluerunt. Denis I, DXCI.

4172. [Theol. 267.] ch. XV. 116. f. 1.) 1^a—2^a. Sermo. Incip.: 'Omnis sancti Ewangelii fratres ...' Expl.: 'largiente domino succincte decursimus.' 2.) 2^b—76^b. Gregorius Magnus papa, Homiliæ quadraginta. 3.) 77^a—116^a. 'Incipiunt capitula libri pastoralis Gregorii pape vrbis Rome.' Incip.: 'Pastoralis cure me pondera ...' Expl.: 'tui me meriti manus leuet.' Denis I, CCLXV.

4173. [Theol. 190.] ch. XIV. 233. f. 1.) 1^a—9^b. Pseudo-Augustinus, Tractatus de domo conscientiæ, qui et S. Bernhardo Clarævallensi uti etiam Hugoni a S. Victore attribuitur. 2.) 9^b—12^a. Cento de contemptu mundi ex sententiis SS. Ambrosii, Augustini, Hieronymi, Gregorii Magni et Bernhardi contextus. Incip.: 'Multi multa sciunt...' Expl.: 'quare tanquam indignus laudas quod ignoras etc.' 3.) 12^{ab}. 'Hec demon clero transmittit scripta moderno.' Incip.: 'Lucifer princeps tenebrarum ...' Expl.: 'in robur premissorum.' 4.) 12^b—14^b. Heinricus de Oyta, Solutiones quarundam quæstionum propositarum. Incip.: 'Reuerende Domine Rudolfe ...' Expl.: 'Tu autem domine miserere nobis.' 5.) 14^b—18^a. Idem, Sermones duo, prior de S. Bernhardo, alter de caritate cuiusdam doctoris. 6.) 18^a. Locus de laude virginitatis. Incip.: 'Damascenus lib. 4to Cap. XVI. Noë accepit...' Expl.: 'quanto vinum aqua.' 7.) 19^a—28^b. S. Aurelius Augustinus, Enchiridion seu liber de fide spe et caritate cum indice capitulorum præcedente. 8.) 29^a—34^b. Pseudo-Augustinus, Meditationes seu de diligendo deo. 9.) 34^b—44^a. Fulgentius Ruspensis, De fide ad Petrum. 10.) 44^a—46^a. 'Incipit Augustinus (?) de sanitate anime' sive

tres sermones. Primus incip.: 'Nostis fratres karissimi...' Et expl.: 'in domo tua in secula etc.' Ultimus incip.: 'Si videatis fratres karissimi...' Et expl.: 'qui circa vos non videtis, quid agatur.' 11.) 46ª—52ª. Pseudo-Augustinus, Suspiria, quæ vere sunt capitula novem ex Meditationibus S. Aurelio Augustino vulgo suppositis. 12.) 52ᵇ—58ᵇ. Determinatio doctorum theologiæ ac juris canonici in universitate Viennensi super assertis a M. Johanne Munczinger circa sacramentum altaris. Incip.: 'In exordio presentis negocij...' Expl.: 'pro vita mortali expediebat et sufficiebat.' 13.) 58ªᵇ. S. Bernhardus Claræ-vallensis vel Bernhardus Sylvester Carnotensis, Epistola de gubernanda re familiari ad Raimundum militem. 14.) 58ᵇ—62ᵇ. Johannes Milicz, Sermones sive postilla in evangelium festi dedicationis ecclesiæ et assumptionis B. M. V. Incip.: 'Nota vna proprietatum domorum...' Expl.: 'qui sine fine regnat.' 15.) 62ᵇ. Excerpta ex Sermone Socci de s. Matthæo. 16.) 63ª—67ᵇ. Heinricus de Hassia, De verbo incarnato tractatus ab initio mutilus. 17.) 67ᵇ—69ª. Excerpta ex sermone Socci de S. Bartholomæo. 18.) 69ª—72ᵇ. Johannes Milicz, Postilla in evangelia, quæ leguntur in festo S. Margarethæ et S. Johannis Baptistæ. Incip.: 'Ewangelium presens summarie dicit...' Expl.: 'ad quod nos perducat etc.' 19.) 73ª—102ª. Heinricus de Hassia, Tractatus de contractibus. 20.) 102ᵇ—109ᵇ. Idem, Expositio symboli apostolici. Incip.: 'Primum quod est necessarium...' Expl.: 'et venturus est ad iudicium amen.' 21.) 110ª—114ᵇ. Idem, Epistola de quadam pictura. Incip.: 'Reuerendo Domino ac genere preclaro Domino Jo. de ebersteyn camerario Maguntino suus ubique clericus humillimus Heynricus de Langenstayn dictus de Hassia post mundana celestia post marte (?) sollicitudinem marie sororis requiem.. Benigno vestre caritatis...' Expl.: 'Explicit hec nichilique pendit epistola mundum Orbis edens facimus miseros variosque labores.' 22.) 115ª—148ª. Heinricus de Oyta, De contractibus. 23.) 148ª—154ᵇ. Sermones duo, quorum prior in illud 'Pax huic domini' de festo dedicationis incip.: 'Cogitanti mihi ob reverentiam...' Et expl.: 'ihesus christus marie filius Qui cum patre etc.' Alter in illud 'Preceptor per totam noctem laborantes nichil cepimus' incip.: 'Diuersi pisces in mari...' Et expl.: 'monachus que marinus echinus.' 24.) 155ª—157ᵇ. S. Aurelius Augustinus, De sanitate animæ tractatus sub 10.) repetitur. 25.) 157ᵇ—160ᵇ. Heinricus Gœdhals, Quæstiones de contractibus. 26.) 160ᵇ—167ᵇ. Collectanea varia ex SS. Aurelio Augustino, Basilio Magno, Benedicto, Bernhardo, Heinrico de Hassia, Hieronymo, Petro Damiani etc. de diversis materiis ad religionem et moralem pertinentibus. 27.) 167ᵇ—182ᵇ. Eusebius Cæsariensis, 'Epistola ad Damasium et ad Theodonium de morte gloriosissimi confessoris Jeronimi.' 28.) 183ª—187ª. Heinricus de Hassia, Sermo de corpore Christi. Incip.: 'In sudore vultus.. Hoc verbum...' Expl.: 'vescitis pane tuo laus deo amen.' 29.) 187ª—192ᵇ. Idem, Ad canonicos regulares de proprietate. 30.) 193ª—199ª. Pseudo-Augustinus, De visitatione infirmorum tractatus primus. 31.) 199ª—215ᵇ. Hugo de Folieto, De vita claustralium et abusionibus eorundem. Incip.:

'Locuturus karissime de hijs...' Expl.: 'summa tocius religionis.' 32.) 215^{b}—223^{a}. Pseudo-Augustinus, De conflictu virtutum et vitiorum. 33.) 223^{a}—226^{b}. Pseudo-Augustinus, De ecclesiasticis dogmatibus. 34.) 226^{b}—228^{a}. Fragmentum de electione et reprobatione hominum, signisque unde quis coniiciat se salvandum aut damnandum fore. Incip.: 'Nota secundum commentatores...' Expl.: 'corda rimant.' 228^{b} vacat. 35.) 229^{a}—233^{b}. Tractatus medicus de regimine sanitatis. Incip.: 'Vt testimonio galieni in libro...' Expl.: 'sed quid dicatur attende.' In folio m. numero non signato post folium ultimum notabilia theologica. Denis I, CCXLI.

4174. [Nov. 87.] ch. XV. 20. f. 1.) 1^{a}—7^{b}. 'Incipit tractatus que penitentia sit in canonibus penitentibus iniungenda.' Incip.: 'Que penitentia sit pro peccatis...' Expl.: 'qui uiuit et regnat in secula seculorum amen.' 2.) 8^{a}. Versus memoriales de decem præceptis, de septem mortalibus peccatis, de operibus misericordiæ etc. Incip.: 'Vnum crede deum...' Expl.: 'Vestio cibo poto tectu do visito soluo.' 3) 8^{ab}. Speculum confitentis et confessoris rhythmis germanicis expolitum. Incip.: 'Daz ich nicht willichleich pijn arm gebesen...' Expl.: 'mit erchanten sunden ewiger vnrew.' 9^{a}—13^{a} vacant. 4.) 13^{b}—20^{a}. Vita S. Kunegundis Imperatricis cum proœmio hexametrico præcedente, quod incip.: 'Virginis iste docet chunegundis gesta libellus...' Et expl.: 'Gaudia longæva metent agnumque secuntur in albis.' Vita incip.: 'Ex preclaro parentum sanguine...' Et expl.: 'supplicium evasisse peccatorum.'

4175. [Theol. 213.] ch. XV. 37. f. Johannes Calderini, Thesaurus pontificum sive sacerdotum. Incip.: 'Quemadmodum constantinus episcopus cypri dicit...' Expl.: 'prout primitus venerat ad ecclesiam. Et sic finitur modus in Canonizationibus Sanctorum.' Denis I, DCCXCVI.

4176. [Theol. 204.] ch. XV. 114. f. 1.) 1^{a}—64^{a}. Collatio habita, vt videtur, in Constantiensi concilio, qua præcipue respondetur auctoritatibus adlatis pro communione sub utraque specie. Incip.: 'Hic in presenti protestor...' Expl.: 'animam in precium aquam lateris in lauacrum.' 2.) 64^{a}—73^{a}. Articuli de tractatu M. Jacobelli, quem fecit pro utraque specie in laica communione; sunt articuli LIV adjecta cuivis censura. Incip.: 'Et quid quilibet eorum articulorum...' Expl.: 'Igitur articulus falsus.' 3.) 73^{a}—83^{b}. Epistola elenchica inscripta 'Eloquenti viro domino N. verbi dei seminatori in praga fratri suo in christo dilecto'; ab impressa Hardt III. p. 14. pag. 338 in fine differens. Expl.: 'Ego frater tuus sincere desiderans salutem anime mee et tue et omnium animarum hominum singulorum. Anno dom. M^{o}CCCC^{o}XVI finita quarta feria ante Lucie In luticz.' 4.) 83^{b}—87^{a}. 'Iste sunt Interrogationes contra wyclefistas per modum conditionis.' Incip.: 'Queritur vtrum illud...' Expl.: 'potest stare.' 5.) 87^{a}—92^{b}. Mauritius de Praga, Tractatus contra Wyclefistas et Hussitas. 6.) 92^{b}—96^{b}. Johannes Gerson, Allegationes CXXIII. 7.) 96^{b}—98^{a}. 'Correctio Johannis (XXIII) pape, qui in nocte fugit de Constantia longa et valde pulchra et applicatiua.' Incip.: 'Alma mater Katholica...'

Expl.: 'que foris sunt fatigata fatigari.' 8.) 98ª—99ᵇ. 'Consolacio Johannis (XXIII) pape ne incidat in desperacionem.' Incip.: 'Ego mater pulchre dilectionis...' Expl.: 'qui est in secula benedictus amen.' 9.) 99ᵇ—104ª. 'Reprehensio ex persona ecclesie quondam Johannis pape (XXIII).' Incip.: 'Tibi ergo fili perdite...' Expl.: 'castigat te dominus et morti non tradidit te.' 10.) 104ᵃᵇ. Johannes Dominici de Banchinis, Epistola ad Wenceslaum regem Bohemiæ. Incip.: 'Cum pia recordatione...' Expl.: 'Datum in Ciuitate Patavie sub meo secreto signeto die tercia mensis septembris anno Domini M°CCCC°XVIII°. E. V. S. seruitor Johannes tit. sancti sixti Presbiter Cardinalis apostolice sedis.' 11.) 105ª—106ª. 'Pestifere dissensiones et execrabile scisma in terra Bohemie et Morauie precipue ex tribus caussis sunt exorta, que causse ex sequentibus declarantur.' Incip.: 'Prima causa nam...' Expl.: 'quod esse non debet.' 12.) 106ᵃᵇ. 'Dilectis in christo fratribus magistris Nicolao Martino et Gallo collaborantibus verbo et alijs in sancta Bethleem fratribus.' Incip.: 'Pax vobis quam qui querit...' Expl.: 'aquarum et marium expauit.' 13.) 107ª. 'Interrogatoria clericis facienda' de doctrina Johannis Wicleff et Johannis Huss. Incip.: 'Primo queratur si aliquis clericus...' Expl.: 'superius in interrogatorio quinto.' 14.) 107ᵃᵇ. 'Interrogatoria omnibus facienda' de eadem doctrina. Incip.: 'Primo interrogetur...' Expl.: 'per inferiores spirituales et seculares sit obediendum.' 15.) 108ª—109ᵇ. Johannes de Podionucis sive Puinoix, Oratio gratulatoria habita Constantiæ in electione papæ Martini V. anno domini 1417. 16.) 110ª—111ᵇ. 'Collacio sive arenga facta in Egra per R. p. magistrum Heinricum Toke canonicum Magdeburgensem sacre Theologie professorem. In uocatione Hussistarum et coram ipsis ad sacrum generale concilium Basileense etc. Anno Dom. Millesimo quadringentesimo Tricesimo secundo etc.' Incip.: 'In nomine domini amen Duo autem hic...' Expl.: 'et regnat vnus deus per omnia secula etc.' 17.) 112ª. Fragmentum litterarum a generali synodo Constantiensi datarum ad Wilhelmum, Jaroslaum et Nicolaum fratres de Hazinburg barones Bohemos an. 1416. VI. Kal. Aprilis. 18.) 112ᵇ. Lessus hiulcus in academiam Pragensem per turbas in religione motas deformatam. Incip.: 'O mater alma Pragensis...' Expl.: 'per dictam genitricem.' 19.) 113ª. Notanda et explicationes, quare Decretales, epistolæ, canones, decreta, dogmata etc. his nominibus insigniri consueverint. 20.) 113ᵇ—114ᵇ. Heinricus Tocke, Disputatio 'Vtrum licitum sit fugere tempore persecutionis ecclesie.' Incip.: 'Respondetur quod fugere secundum...' Expl.: 'nos et nostros dominus videtur quidem deliquisse.' Denis I, CCCCXIX.

4177. [Theol. 266.] ch. XV. 37. f. 1ª vacat. 1.) 1ᵇ—2ª. 'Metra pro memoriali Biblie.' Incip.: 'Post pentateucum sequitur Josue Judicum Ruth...' Expl.: 'Summa capitulorum Biblie M.CCC.XXIX. etc.' 2.) 2ᵇ—3ª. Conspectus librorum utriusque Testamenti secundum varias divisiones subjectis quibusdam versibus. 3.) 3ᵇ—4ª. Schema inscriptum 'Sacre Scripture Latitudo Longitudo Altitudo Profunditas.' 4.) 4ᵇ—5ª. Schema de XII Tribubus, de significationibus numericis litterarum,

de Ecclesia considerata ut vinea. 5.) 5^b—6^a. Schema inscriptum 'Duodecim subscripti prophete concordant cum XII apostolis in symbolo Orthodoxe fidei.' 6.) 6^b—7^a. Schema instar geminæ Arboris quarum una 'Vetus' altera 'Novus Adam' inscribitur. 7.) 7^b—10^b. Schemata varia scilicet vitiorum et virtutum, effectuum veræ amicitiæ gratiæ et passionis, variorum sensuum S. Scripturæ, effectuum sacerdotii. 8.) 11^a. Schema vitiorum capitalium cum singulorum effectibus carmine expressis. Incip.: 'Nil bene discernit quem precipitacio sternit...' Expl.: 'nec utile cepta.' 9.) 11^b—12^b. Arbor cognationis. 13^{ab} vacat. 10.) 14^a—25^a. Bibliorum auctoritates V. et N. T. cum contento secundum ordinem alphabeti. 25^b vacat. 11.) 26^a—37^b. Elenchus alphabeticus sententiarum biblicarum. Denit I, CLXXVI.

4178. [Theol. 256.] ch. XV. 446. f. 1.) 1^a—34^a. Heinricus de Hassia, De quattuor novissimis. 2.) 34^b—65^b. Tractatus de quattuor novissimis et de tribus cuilibet proficere volenti valde necessariis. Incip.: 'In omnibus operibus tuis...' Expl.: 'et fructum orationis tollat.' 66—71 vacant. 3.) 72^a—73^a. S. Bernhardus Clarævallensis sive Bernhardus Sylvester Carnotensis, De gubernanda re familiari epistola ad Raimundum militem. 4.) 73^b—76^a. Idem, De forma honestæ vitæ. 5.) 76^a—82^b. Heinricus de Hassia, Expositio orationis dominicæ. 6.) 82^b—85^b. Idem, Expositio salutationis angelicæ. 7.) 85^b—96^a. Idem, Expositio symboli apostolici. Incip.: 'Credo.. credo in deum et pura fide...' Expl.: 'ad celum et venturus est iudicare.' 8.) 96^b—98^b. S. Aurelius Augustinus, De contemptu mundi. 9.) 98^b—103^a. S. Bernhardus Clarævallensis, Stimulus amoris. 10.) 103^b—108^a. Idem, Meditationum capitula I—V. 11.) 108^{ab}. 'Sequitur quidam modus disponendi se ad mortem, quem pertractauit quidam monachus cellica (sic) ordinis charthusiensis sano corpere scribens et relinquens post se cedulam tenoris infrascripti.' Incip.: 'Ego frater N. indignus...' Expl.: 'ut eciam in futuro iudicio amen.' 12.) 109^a—115^b. Heinricus de Hassia, 'Speculum animæ seu de contemplatione.' 13.) 115^b—121^b. Stella clericorum sive tractatus de pastoribus ecclesiarum cum diversis allegationibus sanctorum patrum. 14.) 121^b—133^a. S. Bonaventura, De passione domini tractatus, qui etiam in operibus S. Bernhardi inscriptus 'Vitis mystica' continetur. 15.) 133^b—144^b. Heinricus de Hassia, De discretione spirituum. 16.) 145^a—156^b. Idem, Epistola ad canonicos Neuenburgenses de proprietate. 17.) 156^b—163^a. Tractatus paræneticus, quo animæ peccatrici infausta sua proponitur conditio. Incip.: 'Lapsa est in locum...' Expl.: 'Jhesus cristus dominus noster qui cum deo patre etc.' 18.) 163^a—182^a. 'Passio domini secundum distinctionem horarum canonicarum.' Incip.: 'Proprio filio suo...' Expl.: 'et mulieres deflentes senserunt amen.' 182^b vacat. 19.) 183^a—232^b. S. Thomas Aquinas, Sermones de sacramento corporis domini. 20.) 233^a—252^a. Johannes Gerson, Opus tripartitum de præceptis etc. 21.) 252^a—264^b. Dominicus de Capranica, Ars bene moriendi. 22.) 264^b—269^a. Johannes Gerson, De confessione. 23.) 269^a—290^a. Antonius de Butrio, Directorium confessionis. 24.) 290^a—297^a. Johannes Gerson, De pollutione nocturna.

25.) 297^a—301^a. Idem, De arte audiendi confessiones. 26.) 301^a—312^a. Idem, Sermo ad Synodum Remensem. 27.) 312^a—316^b. Idem, Sermo in Concilio Constantiensi. 28.) 316^b—322^a. Idem, Quid operetur protestatio in materia fidei. 29.) 322^a—327^a. Idem, Propositiones super materia novem assertionum iudicialiter per ipsum denuntiatarum. 30.) 327^a—334^b. Idem, Secunda propositio 'Oportet hereses esse.' 31.) 334^b—335^b. Idem, Duodecim considerationes. 32.) 335^b—337^b. Carolus VI. rex Franciæ, Litteræ super libertate ecclesiarum regni et delphinatus d. d. 'anno CCCC°VI°XVIIj Februarij etc.' 33.) 337^b—338^a. Petrus de Alliaco, De materia IX assertionum scilicet Johannis Parui. 34.) 338^{ab}. 'Contra annatas.' Incip.: 'Motiua aliquorum...' Expl.: 'finis suo continuans.' 35.) 339^{ab}. 'Contra octauam assertionem' scilicet Johannis Parui. Incip.: 'Pro elucidatione...' Expl.: 'fundatur dicta assertio.' 36.) 339^b—343^a. Johannes Gerson, Quæ veritates sint de necessitate salutis credendæ et quæ de sola probabilitate tenendæ. 37.) 343^a—345^a. Idem, De oratione. 38.) 345^a—352^b. Heinricus de Hassia, De verbo incarnato. 39.) 352^b—360^a. Idem, De septem horis canonicis. Incip.: 'Ut doctorum testatur auctoritas...' Expl.: 'ad horam nonam diei quantumcunque dicatur.' 40.) 360^a—364^a. Alius tractatus de septem horis canonicis. Incip.: 'Septies in die laudem...' Expl.: 'vitam eternam habebit quam nobis etc.' 41.) 364^b—366^b. 'Qualiter cognoscatur an aliquod peccatum sit mortale aut veniale.' Incip.: 'Ad sciendum quando peccatum...' Expl.: 'que esset mortalis Et sic est finis.' 42.) 366^b—370^a. Johannes Gerson, De oratione pars secunda. 43.) 370^a—383^a. Tractatus de fascinatione. Incip.: 'Cum secundum philosophum...' Expl.: 'Benedictus deus qui viuit et regnat per omnia secula etc.' Index capitulorum præmissus est. 383^b—388^b vacant. 44.) 389^a—446^a. Nicolaus de Dünkelspühl, Sermones duodecim. Primus de S. Trinitate incip: 'Sicut accipi .. potest ex dictis...' Et expl.: 'et indiuisa unitas cui est honor etc.' Ultimus de S. Johanne Evangelista incip.: 'Conuersus petrus vidit .. Quamquam fideles in omnibus...' Et expl.: 'vnus deus in secula benedictus amen.' Denis I, DLXXX.

4179. [Rec. 2162.] ch. XV. 179. f. 1.) 1^a—173^b. Raimundus de Vineis sive de Capua, Vita S. Catharinæ Senensis. 2.) 174^a—176^a. 'Incipit scala claustralium secundum beatum Bernardum.' Incip.: 'Beate vite dulcedinem...' Expl.: 'qui uiuit et regnat in secula etc.' 3.) 176^a—179^b. Notabilia theologica de accessu ad deum, de gratia, de gratia et libero arbitrio etc.

4180. [Theol. 183.] ch. XV. 242. f. 1.) 1^a—25^b. Isidorus Hispalensis, De natiuitate domini, passione, resurrectione, regno atque iudicio. 2.) 26^a—42^b. Pharetra fidei christianæ contra iniquos Judæos. 3.) 42^b—90^a. Petrus Zach sive Zech de Pulka, Tractatus contra Hussitas. Incip.: 'Jussit reverendissima vestra paternitas...' Expl.: 'semper fuit gubernata ecclesia christi etc.' 4.) 90^a—122^a. S. Thomas Aquinas, Sermo de corpore Christi. 5.) 122^b—124^a. Oratio legatorum regis Galliæ in concilio Constantiensi ad Bohemos. Incip.: 'Quanquam

